



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 114. Archidux ob has nuptias ira commotus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

haud alteri, quam Engolismæ Comiti pro-Secul. XVI.
ximo Regni sui Hæredi, nullatenus vero A.C. 1506.
Carolo Lucemburgico in uxorem tradi-
turum.

§. CXIII.

*Claudia Engolismæ Comiti
desponsa.*

Rebus ita mutatis, Claudia Ascensionis Dominicæ festo die vigesima prima Mاجi Engolismæ Comiti, præsente tota Regis curia, desponsatur, Cardinale de Ambasie sponsalium solemniis assistente; his peractis Ordines valere jubebantur. Eiusmodi nuptiis vehementer hucusque obliuctabatur Anna de Britannia, utpote implacabili odio Engolismæ Comiti infensa, nihilominus in præsenti rerum statu suum erga Franciam affectum privata indignatione potentiores esse demonstrabat, cum suo quoque assensu huic connubio haud gravate suffragaretur.

§. CXIV.

*Archidux ob has nuptias ira
commotus.*

Postea Ludovicus Rex omnes suos fœderatos de rei gestæ serie edocuit; *Auten. hist. Ludov. XII.* aplaudebat Anglorum Rex; Cæsar tamen

Sæcul. XVI. men, atque Philippus Archidux dolorem,
A. C. 1506. quem inde conceperant, haud repre-
 re valebant. Ad utrumque Ludovicus
Nicol. Baselius in addit. ad Chron. Naucler. XII. Franciscum Rochechuartium una-
 cum libellorum Magistro, & quodam Se-
 cretario ablegavit, qui ipsum vi adactum si-
 dem violasse ambo bus persuaderet; ve-
 rum Cæsar verbis se pasci adeo facile
 non patiebatur, sed recentem dignitat-
 suæ injuriam inferri ratus, per Tridenti-
 nas Alpes cum valido exercitu in Me-
 diolanensem Ducatum penetrare consti-
 tuit. Obstitit tamen Hungarorum per-
 tinacia, adversus quos bello distentus,
 majora moliri præpediebatur. Compule-
 rat equidem Ladislauum Hungariæ, ac
 Bohemiæ Regem, ut pacta firmaret, qui-
 bus ipse Imperator proximus utriusque
 Regni Hæres, ac successor necessarius re-
 nunciaretur, cui rei consentiebant etiam
 Hungari, atque Bohemi, nihilominus non
 adeo prona erat ceterorum sese ejus impe-
 rio subjiciendi voluntas, quapropter Maxi-
 milianus, quos ultro Principis amor non
 trahebat, armorum vi sibi subjicere com-
 pulsus, copias suas ex Tyroli ad Au-
 striam inferiorem admovit, quæ res o-
 mnem ejus sollicitudinem sibi vendi-
 cabat.

S. CXV